



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De monacho, qui sine ordinibus celebrait, & quòd ex sententia Innocentij
Papae liceat confessori talem prodere, si noluerit consiteri, cap. 32

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

merat, plebani industria iustificata rediret. Si non fuisset a confessore prodita, fortè nō esset iustificata. APOLLONIVS: Si non licet confitenti personam peccati confessorem, nisi in tali vel in simili casu prodere, quid sensis de confessore? Licet illi in aliquo casu peccata confessantium siue personas ipsas confessentes prodere? CÆSARIVS: Peccata quidem confitentium in multis casibus prodere poterit, tacitis personis; ipsas verò personas prodere non debet, nisi in uno casu, quem infra hoc quinquennium dominus Innocentius Papa tali modo determinauit:

CAPUT XXXII.

IN domo quadam Cisterciensis ordinis, monachus quidam sine ordine celebrauit: hoc cùm die quadam Abbatij suo retulisset in confessione, nec tam cessare veller a tanta præsumptione, Abbas dołens ac lacrymans, vt à blasphemia tam magna desisteret, miserum rogauit, monuit, & præcepit; sed nō profecit. Ille verò timens notari, si cessaret, celebravit ut prius. In sequenti capitulo generali Abbas idem proposuit casum eundem, interrogans quid faciendū foret confessori, si fortè tale quid in aliqua domo emergeret. Cumque dominus Cisterciensis & cæteri Abbates super hoc nihil auderēt diffinire, casum scriferunt Innocentio Papæ; qui conuocans Cardinales, virosque literatos, casum eis proposuit, & quid de hoc sentirent, à singulis requisiuit: Omnip. penè in hoc sentientibus, quod confessio non esset prodenda, respondit; Ego dico in tali articulo esse prodendam; quia talis confessio nō est confessio, sed blasphemia; nec debet confessor blasphemiam tantam ac insaniam celare, per quam periculum incumbere poterit toti Ecclesiæ. Et placuit sententia omnibus, scripsitque sequenti anno capitulo, quod à se fuerat determinatum, & à Cardinalibus approbatum: Nec debes dubitare, quin confessores multum torqueantur, cùm tale quid audierint, quod soli portare non possunt.

CAPUT

Cōmu-
uis do-
ctrina
Theolo-
gorum
(iuxta
gus con-
fessores
est decre-
to Confis-
lij Late-
ranensis,
sub hac
eadem
innocen-
tio 3 ce-
lebrati
cap. 21.)
contra-
rtum te-
nes: Vid
etiam
Nauare.
in cap.
sauer.
dos. de
pœnit.
dist. 6.